Carolo Morgenstern
Viro Amplissimo atque Celeberrimo
S. P. D.
Gabriel Palander

Accepi jam dudum litteras Tuas, Vir Amplissime, datas d. XI Mart. v. st. cum adjunctis XI Exemplaribus tertii ejusdemque ultimi Tomi Symbolarum Dorpatensium partis prioris, nec non quibusdam Prolusionis, qua criticam enumerationem nummorum familiarum Romanarum &c. ex=

obtus es: pro quo dono nostro et ceterorum nomi-
ne gratias Tibi, Vir Humanissime, ago debitis-
simas, sperans infinitum fore, ut longam responsi
moram, cujus haud leves erant causae, mihi facile
condones. Suavissimi, quod Te nuper contractae signi-
ficare mihimet dignatus es, matrimonii perennitatem et
delicias ex candidissimo gratulabundo mentis affectu
Tibi exopto atque adprecor. Pretium Tibi debitum pro
Exemplaribus XI Symbolarum Dorpatt. CX Rubl. papyr.
adjungi curavi. Vale, Vir Amplissime idemque
Humanissime, atque benevolum Tuum in memet
animum, cujus perenna tot jam sum expertus indi-
cia, studiosissimo Tui conserva. Dab. Aboae die
XI Julii n. st. a° 1818.